



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Impuritas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

pres ait, abvola dum jam admoneat. Eoque spectare crediderim proverbium, *περδικὸν σκέλεσθαι*, de *περδικὸν σκέλεσθαι*. Interpretes claudum quendam Perdices nomine apud Aristophanem inveniunt, & ab eo adagium in claudicantium aliorum ludibrium emanasse. Sed esto aliquid in significato claudicationis, natura tamen Perdices efficit, ut ad dolos & vafritiem spectare proverbium opinemur, cum scilicet subdolo quempiam ingenio hac progressurum speras, ille tamen uestigio illac se proripit, atque ita vacillatione spectantium spem eludit, ut iter ejus, aut rerum progressus eventumque; nunquam certa possis conjectura deprehendere. Nam qui versus apud Athenæum citatur, *ἐγγυε πέναι μοι καὶ περδικὸν σκέλεσθαι*, ad hujusmodi pedum inconstantiam, titubationemque eam, quæ oritur ex nimio potu, facere videtur: *pedes enim tentat vinum luctator dolosus*, ut apud Comicum est. Nullū autem inter aves animal Perdices dolosus neque astutius; unde illud Aristophanicum, *ἐκπερδικίαι*, quippe Perdices more periculum evadere: ait enim ejus interpres, *οὐ γὰρ λαμβάνοντες κἀφ᾽ ἡ ποῖς ὄντες ἑαυτὰς εἰρήσιν, ἀλλ᾽ ἕως ὅτου κλινοῦσιν, καὶ ἐκκλίνοσιν*. *Strumenta enim pedibus conturbantes, supinas se prosternunt, atque ita occulantur, & periculum declinant*. Atque hæc latius apud Plutarchum, libro quo disputat, utra prudentiora sint animalia, terrestriane an marina.

CONTUMELIOSUS. CAP. XLIV.

Perdicum duo genera.

Addunt & contumeliosum hominem per alitem hanc significari: quod in suo genere maxime tum mukuari, dissidere, & altercari vicissim assidue consueverint. Sunt vero Perdices alie nobiles, alie rusticæ. Nobiles longe grandiores sunt, sylvasque & saltus plurimum incolunt: rusticæ arva & fegetes pervagantur. Grandiores illæ sunt, etiam picturatores, & plerisque Italiae locis nomen tenent inculume. Romæ tamen Starnas vocant, de quibus forte Plinius dixerit: *Misit Hispania externa aves*. Rusticæ longæ minores, fusciore pluma, & quodammodo cineritia. Idem utriusque ingenium, sed dolosiores, pugnacioresque rusticæ, quas nunc Italia à sono vocis *Quale as* fere ubique vocat.

ASTUTIA PRAVA. CAP. XLV.

Hieroglyphicum etiam sapit Græcorum mythologorum fabula, qua fingunt Dædali nepotem, ob inventa artis suæ arma quædam admodum utilia, per invidiam ab Athenarum arce summa præcipitem datum, qui terra vix tacta mutatus sit in Perdices. Cujus figmenti talis fertur interpretatio: Impuri homines cum à sapientie arce deciderint, à rectis honestisque studiis alieni facti, tametsi astutia freti aliqua suis in rebus excellere videantur, hisque tractandis super alios attolunt, fordidis tamen & improbis negotiationibus impliciti, sublime nihil sapiunt: sed humi volitantes, dolisque & fraudibus omnibus freti, rem quocumque modo facere tantum student, libidinum & cupiditatum suarum laqueis & retibus impliciti obvoluti que: eo Perdices deteriores, quod illis vaferrima est ars ad elabendum, capturamque declinandum, quod Græci dicunt *ἐκπερδικίαι*: hincque capti fugam moliuntur, neque si evadere possint, studium adhibent ullum ut salvi fiant. Astutia hujusmodi causa factum puto, ut Eucherus cacodæmonem ex Perdices imagine significari dixit, eo loco:

Hieroc. 17. Clamavit Perdix, congregavit que non peperit.

DE COTURNICE. CAP. XLVI.

Hinc proverbium: ὀρνύγων ἀνὰ πῆδος Φύων, Coturnicis naturam induere in pugnaces.

In Coturnice multa sunt, quæ cum Perdices conveniunt, pugnacitas quippe eadem, quo in ludibrio illa præcipue celebratur, quam omnium victricem mirata est Alexandria, urbe quippe tota in ludibrio hujus præconiis occupata. Hanc Erotas Aegyptii procurator morositate nescio qua imponens, in ludibrium emit, atque assam devoravit, quo facto iussus est ab Octaviano Augusto malo navis effigi. Est & par improbitas naturæ, neque odiosa minus, eo vero magis detestanda: quod ad hanc improbitas insuper accidit & deorum contemptus, religionisque odium, & quantum illa ferocire potest execratio.

IMPURITAS. CAP. XLVII.

Per ejus enim hieroglyphicum sacerdotes Aegyptii impuritatem indicabant, ubi vulgati Codices Græci mendum animadvertas, in quo Oryx quadrupes animal pro Cortunice positum & ita trahendum:

A ductum: neque enim hic quicquam de Oryge apud Horum, apud quem in vetustis codicibus manuscriptis ὄρυγα, non ὄρυγα, legas. Et eodem capitulo vulgati etiam codices habent τὸ μόνον τῶν πτηνῶν, quod satis manifestum facit, de ave, non de quadrupede hac dici. Ea vero de causa impura Coturnix habebatur, quod quotiescunque Luna oritur, inauspicatos clangores excitat adversus eam, non quæ Deum salvere jubeat, aut laudatione prosequatur, ut Solem gallinacei, sed manifestissima det indignationis adversus eam signa, quod apud ipsos magna dabatur impietati, cum summo Lunam cultu prosequerentur. Ante omnia autem terram fodicat (ita intelligendum, τῆς γῆς ἐμπεροσθίσις ἀντὶ σκίλας ἀνορθῶσαν τὴν γῆν) pupillasque sibi



Impura Coturnix, cur.

B identidem conscribillat, utpote quæ indigne ferat Lunam apparere, quam neq; quidem intueri patitur, atque eandem facit in ipsius Solis tam divini astri exortu: qui mos nonnullis Æthiopum nationibus in Solis ortu, quem velut hostem maxime reformidant, & ne spectent, in loca palustria fugientes, ubi non alia fruticum aut sylvarum copia fuerit, ibi delitescunt, Deum omni execratione prosequentes. Antiqui vero Reges (namque non nisi sapientes eligi solitos tum temporis, satis constat (cognita Coturnicis natura, quæ verum horoscopi signaret emersum, animalis istius opera tanquam gnomone quodam utebantur: non otiose in id intenti, certum exortus ipsius punctum deprehendebant. Quapropter sacerdotes solum hoc animal ex volatilibus, quæ ciborum usum præbent, nullo tamen mactationis honore illi habito, comedebant: utpote quod contentionem quamdam (desideratur enim ἀντιδικίαν vulgatis in codibus) præ se ferre videretur adversus præcipuum Deum suum.

PERDITISSIMA MALIGNITAS. CAP. XLVIII.

C Adem avis in solis, ubi libenter habitat, locis, si quem limpidulæ aquæ fontem adinvenit, simulac biberit, aquam reliquam rostro pedibusque corrumpere, lutosamque reddere, pulvere etiam in eam ingesto, nititur: ne cuiquam alteri animali ad potum appetatur: quæ quidem maligna, improba invidiq; Coturnicis natura Ægyptiis argumentum dedit, ut malignum hominem per ejus hieroglyphicum notarent. Ejusmodi vero morum impuritatem eodem modo damnat Ezechiel *Ezech. c. 34.* quarto supra trigesimum capite, dicens: *Et cum purissimam aquam biberitis, reliquam pedibus vestris turbabatis.* Sed enim Ægyptios non tam maligni in alios monere mores, quos in turbanda Coturnix aqua profiteatur, cum ipsa adversus Lunam impietas, & ingrati animi significatio, cum tot à Luna Luna beneficia. sint animantibus omnibus beneficia, de qua generatio, & alimenta rerum, quotquot & hominum & brutorum usui necessariae sunt. Nam quantum ad turbationem aquæ pertinet, animalia quædam sunt, quæ turbulentam & crassam suavius bibunt, ut Cameli, qui ne ex fluvio quidem prius hauriunt, quam pede prostrata terra aquam spissiore effecerint. Neque aliter potu gaudent Elephanti quoque, sed si ne imaginis suæ torvitate terreantur, turbidam bibunt. Vere autem Coturnix Alcibiadis magistra fuit, qui dato Pericli consilio de ratione potius non reddenda, tranquillam civium suorum quietem perturbaturus esset. Nam cum jam primas in Republica partes occupasset admodum adolescens, forte sententiam in Senatu de re seria diceret, ut ejus sinu Coturnix evolavit, quæ tamen totius Senatus cursitatione capta, Alcibiadi, non sine venatoris ambitione, forte etiam præmio, redita est. Quantum vero pertinet ad alitis hujus esitationem (ut hoc pro corollario subjiciamus) non defuere Medici, qui eas mensis summovent, tum quia veneni semen illis gratissimus cibus, cum propter comitiale morbum, quem, ut Plinius tradit, solæ omnium animalium sentiunt præter hominem, eaq; de causa veratrum appetere ferunt. Aristoteles tamen hominem tantum comitiali morbo tentari ex omnium animantium genere asseverat, Problematis. Sedenim Plutarchus capellas quoq; comitiale sentire profitetur. Quod vero de veratro dicebamus, ita apud Lucretium legas: Præter-

Plutar. in Alcibiade.

Plin. lib. 20. cap. 23.

Præter-